Itaque, ut dixi, dignitas in ista scientia consularis numquam fuit quae tota ex rebus fictis commenticiisque constaret, gratiae vero multo etiam minus. Quod enim ominibus patet et aequè promptum est mihi et adversario meo, id esse gratum nullo pacto potest. Itaque non modo beneficii collocandi spem, sed etiam illud quod aliquamdiu fuit 'LICET CONSVLERE?' iam perdidistis. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia quae neque extra Romam usquam neque Romae rebus prolatis quicquam valet. Peritus ideo haberi nemo potest quod in eo quod sciunt omnes nullo modo possunt inter se discrepare. Difficilis autem res ideo non putatur quod et perpauca et minime obscuris litteris continetur. Itaque si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moveritis, triduo me iuris consultum esse profitebor. Etenim quae de scripto aguntur scripta sunt omnia, neque tamen quicquam tam anguste scriptum est quo ego non possim 'QVA DE RE AGITVR' addere; quae consuluntur autem minimo periculo respondentur. Si id quod oportet

responderis, idem videar respondisse quod Servius; sin aliter, etiam controversum ius nosse et tractare videare (wg Cic.Mur.28).

5. (3 błędy)

Quapropter non solum illa gloria militaris vestris formulis atque auctionibus anteponenda est, verum etiam dicendi consuetudo longe et multum isti vestrae exercitationi ad honorem antecellet. Itaque mihi videntur plerique initio multo hoc maluisse, post, cum id adsequi non potuissent, istuc potissimum esse delapsi. Ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse qui citharoedi fieri non potuerint, sic nos videmus, qui aratores evadere non potuerint, eos ad iuris stadium devenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa autem gratia. Etenim a vobis salubritas quaedam, ab iis qui dicunt salus ipsa petitur. Deinde vestra responsa atque decreta et evertuntur saepe dicendo et sine defensione oratoris firma esse non possunt. In qua si satis profecissem, parcius de eius laude dicerem; nunc nihil de me dico, sed de iis qui in dicendo magni sunt aut fuerunt (wg Cic.Mur.29).

## TEST 16A<sup>16</sup>

### I. Przetłumacz poniższy tekst:

Nam cum Appii tabulae neglegentius adservatae dicerentur, Gabinii, quam diu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset, Metellus, homo sanctissimus omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L.Lentulum praetorem et ad iudices venerit et unius nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur in tabulis nullam lituram in nomine A.Licinii videtis (Cic.Arch.9).

### II. W powyższym tekście:

1. wskaż zdania poboczne i określ je,
2. określ podkreślone w zdaniu wyrazy i podaj ich formy podstawowe.

### III. Podany czasownik wstaw w odpowiednim czasie, trybie, osobie i liczbie:

Difficile erat hoc de omnibus confirmare, sed tamen erat certum quid . . . . .  
(respondere) (wg Cic.Arch.15).

### IV. Uzupełnij odpowiednimi końcówkami:

Quas (sc. imagines) ego mihi semper in administrando re. . . . . public. . . . .  
proponens animum et mentem me. . . . . ipsa cogitatione homin. . . . .  
excellent. . . . . conformabam (wg Cic.Arch.14).

### V. Wstaw właściwy spójnik spośród podanych: quomodo, cur, ubi, si, ut:

Quaeres a nobis, Gratti, . . . . . tanto opere hoc homine delectemur (Cic.Arch.12).

<sup>16</sup> TEST 16 – Test ułożony dla studentów I roku filologii klasycznej na zakończenie lektury mowy Cyclerona „Pro Archia poeta” w semestrze letnim w r. akad. 1985/86.

**VI. Podziel zdanie na wyrazy:**

Etenimomnesartesquaeadhumanitatempertinenthabentquoddamcommunevinclumetquasiconationequadamintersecontinentur (Cic.Arch.2).

**VII. Wskaż błąd w zdaniu:**

Natus est primum consules eos quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas tum etiam studium atque auris adhibere posset (Cic.Arch.5).

**VIII. Z podanych wyrazów ułóż zdanie:**

ad ad et et etiam expressas fortissimorum Graeci imagines imitandum intuendum Latini multas nobis non quam reliquerunt scriptores solum verum virorum,! (Cic.Arch.14).

.....

**TEST 16B****I. Przetłumacz poniższy tekst:**

(...) Sed quoniam census non ius civitatis confirmat ac tantum modo indicat eum qui sit census, ita se iam tum gessisse pro cive, iis temporibus quem tu criminaris ne ipsius quidem iudicio in civium Romanorum iure esse versatum et testamentum saepe fecit nostris legibus et adiit hereditates civium Romanorum et in beneficiis ad aerarium delatus est a L.Lucullo pro consule (Cic.Arch.11).

**II. Z powyższego tekstu:**

1. wypisz konstrukcje ACI wraz z czasownikami, od których zależą,
2. określ podkreślone w zdaniu wyrazy i podaj formy podstawowe,
3. wypisz ablatiwy bez przyimka i określ ich funkcję w zdaniu.

**III. Podany czasownik wstaw w odpowiednim czasie, trybie, osobie i liczbie:**

Quae (sc. oratio et facultas) si cui levior videtur, illa quidem certe quae summa sunt, ex quo fonte . . . . . (haurire), sentio (Cic.Arch.13).

**IV. Uzupełnij odpowiednimi końcówkami:**

An tu existimas aut suppetere nobis posse quod cotidie dic. . . . . in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus, aut ferre anim. . . . . tant. . . . . posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relax. . . . . ? (Cic.Arch.12).

**V. Wstaw właściwy spójnik spośród podanych: quin, ne, ut, quod, cum, nisi:**

Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam, perficiam profecto . . . . . hunc A.Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, e numero civium, verum etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse (Cic.Arch.4).

**VI. Podziel zdanie na wyrazy:**

Quiasuppeditatnobisubietanimusexhocforensistrepitureficiaturetauresconviciodefessaeconq  
uiescant (Cic.Arch.12).

**VII. Wskaż błąd w następującym zdaniu:**

Lucullos vero et Drusum et Octavios et Catonem et totam Hortensiorum domum devictam  
consuetudine cum teneret, adficiebatur summo honore, quod eum non solum colebant qui  
aliquid percipere atque audire studebant, verum etiam si qui forte simulabant (Cic.Arch.6).

**VIII. Z podanych wyrazów ułóż zdanie:**

ac aliud amplius causa civitate de dicimus dico dicta est lege nihil nihil nisi si,; (Cic.Arch.8).

.....

**TEST 16C****I. Przetłumacz poniższy tekst:**

Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas quas Italico bello incenso tabulario  
interisse scimus omnes? est ridiculum ad ea quae habemus nihil dicere, quaerere quae  
habere non possumus et de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare et,  
cum habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipi ius iurandum fidemque, ea  
quae depravari nullo modo possunt repudiare, tabulas quas idem dicis solere corrumpi  
desiderare (Cic.Arch.8).

**II. Z powyższego tekstu:**

1. wypisz wszystkie konstrukcje z ablatiwem oraz ablatiwy bez przyimka, określ ich funkcję w zdaniu,
2. cum habeas. . . . . – określ to zdanie,
3. określ podkreślone w zdaniu wyrazy i podaj formy podstawowe, odmień nihil.

**III. Podany czasownik wstaw w odpowiednim czasie, trybie, osobie i liczbie:**

Quae (sc. exempla) iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen . . . . .  
(accedere) (Cic.Arch.14).

**IV. Uzupełnij odpowiednimi końcówkami:**

Numquam enim hic neque su. . . . . neque amic. . . . . iudicio revin-  
ce. . . . . (Cic.Arch.11).

**V. Wstaw właściwy spójnik spośród podanych: quamvis, quoniam, cum, postquam, nam, tum, dummodo, si:**

Quae (sc. Heraclaea) . . . . . esset civitas aequissimo iure ac foedere, ascribi se in  
eam civitatem voluit idque . . . . . ipse per se dignus putaretur tum auctoritate et  
gratia Luculli ab Heracliensibus impetravit (Cic.Arch.6).

**VI. Podziel zdanie na wyrazy:**

Atque idem ego hoc contendocum ad naturam eximiam et inlustrem accesserit ratio quaedam conformatio quae doctrina et umillud nescio quid praeclearum ac singulare solere existere (Cic. Arch. 15).

**VII. Wskaż błąd w zdaniu:**

Quia suppeditat nobis ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convivio defessae conquiescant (Cic. Arch. 12).

**VIII. Z podanych wyrazów utórz zdanie:**

absentibus Catulo celebritate consule cum esset et famae hac iam Mario notus Romam tanta venit., (Cic. Arch. 5).

.....

**TEST 17A<sup>17</sup>****I. Które z poniższych zdań nie zgadzają się z treścią następującego tekstu:**

Si quid est in me ingenii, iudices, quod sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum, aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse, earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet (Cic. Arch. 1).

- A. M. Tullius infitias ire non dubitat se in dicendo mediocriter esse versatum.
- B. M. Tullius infitias ire non dubitat se in dicendo mediocriter non esse versatum.
- C. M. Tullius infitias ire dubitat se in dicendo mediocriter esse versatum.
- D. M. Tullius infitias ire dubitat se in dicendo mediocriter non esse versatum.

**II. Następujące zdanie przekształć w NCI:**

Ego vero omnia quae gerebam iam tum in gerendo spargere me ac disseminare credebam in orbis terrae memoriam sempiternam (Cic. Arch. 30).

.....

**III. Uzupełnij końcówki:**

Saxa atque solitudines voc. . . . . respondent, bestiae saepe immanes cant. . . . .  
flectuntur atque consistunt: nos instit. . . . . rebus optimis non poetarum voc. . . . .  
mov. . . . .? (Cic. Arch. 19).

**IV. Podane w nawiasach wyrazy postaw we właściwej formie:**

Nam nisi multorum praeceptis multisque litteris /ego/ . . . . . ab adulescentia suasissem nihil esse in vita magno opere /expetere/ . . . . . nisi laudem atque

<sup>17</sup> TEST 17 – Test ułożony dla studentów I roku filologii klasycznej w r. akad. 1989/90 na zakończenie lektury mowy Cyceroniana „Pro Archia poeta”.

honestatem, in ea autem persequenda omnis cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii /parvum, ducere, esse/ . . . . ., numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus /obicere/ . . . . . (Cic.Arch.14).

V. *Podkreślone wyrazy zastąp innymi konstrukcjami składniowymi tak, aby sens całego zdania nie uległ zmianie:*

1. Neque enim est hoc dissimulandum quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum: trahimur omnes studio laudis et optimus quisque maxime gloria ducitur (Cic.Arch.26).  
.....
2. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura et regione vallatum (...) (Cic.Arch.21).  
.....
3. Ipsi illi philosophi etiam in iis libellis quos de contemnenda gloria scribunt nomen suum inscribunt (Cic.Arch.26).  
.....
4. Quare quis tandem me reprehendat (...) si quantum ceteris ad suas res obeundas (...) conceditur temporum, (...) tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero? (Cic.Arch.13).  
.....

VI. *W następującym zdaniu zamień:*

locus, -i m.	→	genus, -eris n.
antecello 3	→	supero 1

Archias (...) primum Antiochiae – nam ibi natus est loco nobili (...) – celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit (Cic.Arch.4).  
.....

VII. *Uzupełnij następujące zdanie:*

Quaeres a nobis, Gratti, . . . . . tanto opere hoc homine delectemur (Cic.Arch.12).

## TEST 17B

I. *Które z poniższych zdań nie zgadzają się z treścią następującego tekstu:*

Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingenii neque haec dicendi ratio aut disciplina, ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus (Cic.Arch.2).

- A. M.T.Cicero hoc ita dici miratur aliam quandam in Archia facultatem esse ingenii quam dicendi rationem aut disciplinam.
- B. Cicero semper soli dicendi studio penitus deditus fuit.

C. Alia quaedam in Archia atque in Cicerone facultas fuit neque eadem dicendi ratio aut disciplina.

D. M.Tullius nolit iudices mirari, quod dicat.

**II. Następujące zdanie przekształć w NCI:**

Heracleaene Archiam esse tum ascriptum negabis? (Cic.Arch.8).

.....

**III. Uzupełnij końcówki:**

Ergo illi alienum, quia poet. . . . . fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc vivum qui et volunta. . . . . et leg. . . . . noster est repudiamus, praesertim cum omne olim studium contul. . . . . Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebra. . . . . ? (Cic.Arch.19).

**IV. Podane w nawiasach wyrazy postaw we właściwej formie:**

/Quaerere/ . . . . . quispiam: „Quid? illi ipsi summi viri /qui/ . . . . . virtutes litteris proditae sunt istane /doctrina/ . . . . . quam tu /efferre/ . . . . . laudibus eruditi fuerunt?” Difficile est mihi hoc de omnibus confirmare, sed tamen est certum quid /respondere/ . . . . . (Cic.Arch.15).

**V. Podkreślone wyrazy zastąp innymi konstrukcjami składniowymi tak, aby sens całego zdania nie uległ zmianie:**

1. Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas quas Italico bello incenso tabulario interesse scimus omnes? (Cic.Arch.8).

.....

2. Quas (sc. fortissimorum virorum imagines) ego mihi semper in administranda re publica proponens animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam (Cic.Arch.14).

.....

3. Atque hoc idem eo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas quae quantacumque est in me numquam amicorum periculis defuit (Cic.Arch.13).

.....

4. O fortunate adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris! (Cic.Arch.24).

.....

**VI. W następującym zdaniu zamień:**

domus,-us f.	→	familia, -ae f.
cum	→	quod

Statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt (Cic.Arch.5).

.....

**VII. Uzupełnij następujące zdanie:**

..... tu existimas aut suppetere nobis posse quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus? aut (...) (Cic.Arch.12).

**TEST 17C**

**I. Które z poniższych zdań nie zgadzają się z treścią następującego tekstu:**

Quodsi haec vox huius hortatu praeceptisque conformata nonnullis aliquando salutis fuit, a quo id accepimus, quo ceteris opitulari et alios servare possemus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, et opem et salutem ferre debemus (Cic.Arch.1).

- A. M.Tullius, quamquam aliis nonnullis salutis non fuit, huic A.Licinio opem et salutem ferre debet.
- B. M.Tullius, quoniam aliis nonnullis salutis non fuit, huic A.Licinio opem et salutem ferre debet.
- C. M.Tullius, si aliis nonnullis salutis fuit, huic A.Licinio opem et salutem ferre debet.
- D. M.Tullius, quoniam aliis nonnullis salutis fuit, huic A.Licinio opem et salutem ferre non debet.

**II. Następujące zdanie przekształć w NCI:**

Sulla sedulitatem mali poetae duxit aliquo tamen praemio dignam (wg Cic.Arch.25).

.....

**III. Uzupełnij końcówki:**

(...) Quae a foren. .... abhorre. .... sermone iudicialique consuetudine et de hominis ingenio et commun. .... de ipso studio locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accep. ...., ab eo qui iudicium exercet certo sc. .... (Cic.Arch.32).

**IV. Podane w nawiasach wyrazy postaw we właściwej formie:**

Quaeres a nobis, /Grattius/ ..... , cur tanto opere hoc homine /delectare/ ..... Quia suppeditat nobis ubi et animus ex hoc forensi strepitu /reficere/ ..... et aures /convicium/ ..... /defetisci/ ..... conquiescant (Cic.Arch.12).

**V. Podkreślone wyrazy zastąp innymi konstrukcjami składniowymi tak, aby sens całego zdania nie uległ zmianie:**

1. Quare in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere (Cic.Arch.27).
- .....

2. Quibus auditis quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc (sc. Archiam) ad perficiendum adhortatus sum (Cic.Arch.28).
- .....
3. Quae cum ita sint, quid est, quod de eius civitate dubitetis, praesertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit ascriptus? (Cic.Arch.10).
- .....
4. Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri sed cum omni posteritate adaequandam (Cic.Arch.29).
- .....

**VI. W następującym zdaniu zamień:**

vinclum,-i n.	→	compes,-edis f.
ars,artis f	→	studium,-ii n.

Etenim omnes artes quae ad humanitatem pertinent habent quoddam commune vinclum et quasi cognatione quadam inter se continentur (Cic.Arch.2).

.....

**VII. Uzupełnij następujące zdanie:**

Neque enim quisquam est tam aversus a Musis . . . . . non mandari versibus aeternum suorum laborum facile praeconium patiatur (Cic.Arch.20).

**TEST 17D**

**I. Które z poniższych zdań nie zgadza się z treścią następującego tekstu:**

Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde usque repetens hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse (Cic.Arch.1).

- A. A.Licinius Ciceroni princeps et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem optimarum artium exstitit.
- B. A.Licinius Ciceroni princeps et ad suscipiendum et ad ingrediendum rationem optimarum artium exstitit.
- C. A.Licinius Ciceronis pedisequus et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem optimarum artium exstitit.
- D. A.Licinius Ciceroni dux et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem optimarum artium exstitit.

**II. Następujące zdanie przekształć w NCI:**

Pudorem Archiae, iudices, amicorum videtis comprobari cum dignitate tum etiam vetustate (Cic.Arch.31).

.....

### III. Uzupełnij końcówki:

Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumul. . . . . astit. . . . . : „O fortunat. . . . .”, inquit, „adulescens qui tuae virtutis Homerum praeco. . . . . inven. . . . .” (Cic.Arch.24).

### IV. Podane w nawiasach wyrazy postaw we właściwej formie:

Nam ceterae neque /tempus/ . . . . . sunt neque aetatum omnium neque locorum; at haec studia /adulescentia/ . . . . . alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, /adversus,-a,-um/ . . . . . perfugium ac solacium praebent, delectant /domus/ . . . . ., non impediunt foris, pernoctant nobiscum, /peregrinari/ . . . . ., rusticantur (Cic.Arch.16).

### V. Podkreślone wyrazy zastąp innymi konstrukcjami składniowymi tak, aby sens całego zdania nie uległ zmianie:

1. Populi Romani exercitus eodem duce non maxima manu innumerabilis Armeniorum copias fudit (Cic.Arch.21).  
.....
2. Neque enim quisquam est tam aversus a Misis qui non mandari versibus aeternum suorum laborum facile praeconium patiatur (Cic.Arch.20).  
.....
3. Quibus auditis quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad eam perficiendam adhortatus sum (Cic.Arch.28).  
.....
4. Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte nuper non commoveretur? (Cic.Arch.17).  
.....

### VI. W następującym zdaniu zamień:

cum	→	ex quo
Heraclea	→	urbs Heraclea

Interim satis longo intervallo, cum esset cum M.Lucullo in Siciliam profectus et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam (Cic.Arch.4).  
.....

### VII. Uzupełnij następujące zdanie:

Qui (sc. Roscius) . . . . . esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse (Cic.Arch.17).

**TEST 18A**<sup>18</sup>**I. Przetłumacz poniższy tekst na język polski:**

Non ita tecum ago; cum his haec a me haberi oratio potest qui ita disputant, se, si qua res ad unum deferenda sit, ad Cn.Pompeium delaturos potissimum; sed se extra ordinem nihil cuiquam dare; cum Pompeio datum sit, id se pro dignitate hominis ornare et tueri solere (Cic.Pont.19).

**II. Z poniższego zdania wynika, że... Wybierz właściwą odpowiedź.**

Nam si illa labes ac flamma rei publicae suum illum pestiferum et funestum tribunatum, quem aequitate humana tueri non potest, divina religione defenderit, aliae caerimoniae nobis erunt, alii antistites deorum immortalium, alii interpretes religionum requirendi; sin autem vestra auctoritate sapientiaque, pontifices, ea quae furore improborum in re publica ab aliis oppressa, ab allis deserta, ab aliis prodita gesta sunt rescinduntur, erit causa cur consilium maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis iure ac merito laudare possimus (Cic.Pont.2).

1. Pontifices Ciceroni favere debent, ut nova religio novique deorum antistites constituentur.
2. Pontifices Ciceroni favere debent, ne nova religio novique deorum antistites constituentur.
3. Pontifices Clodio favere debent, ut nova religio novique deorum antistites constituentur.
4. Pontifices Clodio favere debent, ne nova religio novique deorum antistites constituentur.

**III. Ułóż wszelkie możliwe pytania do podanego poniżej zdania:**

Nonnulli senatores propter timorem, quod se in senatu tuto non esse arbitrabantur, e senatu discesserunt (Cic.Pont.8).

**IV. Określ formę gramatyczną i funkcję składniową podkreślonych wyrazów:**

1. Hunc tu civem ferro et exercitus terrore, servorum dilectu domo et patria cedere coegisti (Cic.Pont.5).
2. Quasi vero ego aut rei frumentariae praefuissem, aut omnino quicquam valuissem (Cic.Pont.14).

**V. Przekształć zdanie tak, aby zastosować konstrukcję: 1. dativus auctoris, 2. genitivus characteristicus:**

1. Sin causa fuit annona, (...) nonne id agere nos omnes oportuit, ut materiem extraheremus furori tuo? (wg Cic.Pont.11).  
.....
2. Primum dico senatorem bonum semper in senatum venire (wg Cic.Pont.8).  
.....

<sup>18</sup> TEST 18 – Test ułożony dla studentów I roku filologii klasycznej w I semestrze w r. akad. 1990/91 na zakończenie lektury początku mowy Cyceronu „De domo sua ad pontifices”.

VI. *Uzupełnij poniższe zdanie podanymi w nawiasach wyrazami, stawiając je we właściwych formach:*

Tunc es ille, inquit, . . . . . /qui/ senatus carere non potuit, . . . . . /qui/ boni luxerunt, quem res publica desideravit, quo . . . . . /restituere/ senatus auctoritatem restitutam putabamus, quam primum . . . . . /advenire/ prodidisti? (Cic.Pont.4).

VII. *Uzupełnij brakujące końcówki:*

Si timuisse eos facis qui discas. . . . . , concede non timuisse eos qui remanserunt; sin autem sine iis qui tum afuerunt nihil decern . . . . . libere potuit, cum omnes ade. . . . . , coeptum est referri de induc . . . . . senatus consulto; ab universo senatu reclamatum est (Cic.Pont.10).

VIII. *Nazwij dokładnie te zdania podrzędne, których słówko wprowadzające zostało podkreślone:*

1. Cur, cum ego me existimassem tuto omnino in civitate esse non posse, illi remanserunt? (Cic.Pont.8).
2. Utrum est tempus aliquod quo in senatum venisse turpe sit, an ea res erat illa de qua agebatur ut rem ipsam repudiare et eos qui agebant condemnare deberem? (Cic.Pont.7).

IX. *W poniższym zdaniu zamień:*

Ego vero neque veni et domo me tenui quam diu turbulentum tempus fuit (Cic.Pont.6).

ego	→	vos
venire	→	properare
domo se tenere	→	domus, manere, vester
turbulentus	→	comp. od difficilis
tempus	→	tempora

.....

## TEST 18B

I. *Przetłumacz poniższy tekst na język polski:*

Fuit igitur causa capiendi novi consilii: videte nunc fuerintne partes meae paene praecipuae. Quem tum Sergius ille tuus, quem Lollius, quem ceterae partes in lapidatione nominabant? quem annonam praestare oportere dicebant? Quid? operarum illa concursatio nocturna non a te ipso instituta me frumentum flagitabat? (Cic.Pont.14).

II. *Z poniższego zdania wynika, że... Wybierz właściwą odpowiedź.*

Ac primum illud a te, homine vesano ac furioso, requiro, quae te tanta poena tuorum scelerum flagitiorumque vexet ut hos talis viros – qui non solum consiliis suis sed etiam specie ipsa dignitatem rei publicae sustinent – quod ego in sententia dicenda salutem civium cum honore Cn.Pompei coniunxerim mihi esse iratos, et aliud de summa religione hoc tempore sensuros ac me absente senserint arbitrere? (Cic.Pont.3).

1. Cicero optimum quemque propter Pompeium sibi iratum esse censet aliudque de religione quam antea sensurum.
2. Cicero optimum quemque propter Pompeium sibi iratum esse negat aliudque de religione quam antea sensurum.
3. Clodius optimum quemque propter Pompeium Ciceroni iratum esse censet aliudque de religione quam antea sensurum.
4. Clodius optimum quemque propter Pompeium Ciceroni iratum esse censet, sed nihil aliud de religione quam antea sensurum.

**III. Ułóż wszelkie możliwe pytania do podanego poniżej zdania:**

Hanc famis causam iste otii et pacis hostis arrepturus fuit ad incendia, caedis, rapinas (Cic.Pont.12).

**IV. Określ formę gramatyczną i funkcję składniową podkreślonych wyrazów:**

1. Hunc tu civem ferro et armis audacissimorum hominum minis, servorum dilectu domo et patria cedere coegisti (Cic.Pont.5).
2. Q.Metellus et dissensionis nostrae et precibus tuis salutem ac dignitatem meam praetulit (Cic.Pont.7).

**V. Przekształć zdanie tak, aby zastosować konstrukcję: 1. dativus auctoris, 2. genitivus criminis:**

1. Vos hodierno die de re publica constituere debetis.
- .....

2. Eos igitur ego potissimum damnare debui, quod scelus fecerunt.
- .....

**VI. Uzupełnij poniższe zdanie podanymi w nawiasach wyrazami, stawiając je we właściwych formach:**

Quae causa maior quam fames esse potuit, quam seditio, quam consilia tua tuorumque, qui facultate . . . . . /offerre/ ad imperitorum animos . . . . . /incitare/ . . . . . /renovare/ te tua illis funesta latrocinia ob annonae . . . . . /causa/ putasti? (Cic.Pont.10).

**VII. Uzupełnij brakujące końcówki:**

Nam cum ingravesc. . . . . annona, ut iam plane inopia ac fames non caritas timer. . . . ., concursus est ad templum Concordiae factus, senat. . . . . illuc voc. . . . . Metello consule (Cic.Pont.11).

**VIII. Nazwij dokładnie te zdania podrzędne, których słówko wprowadzające zostało podkreślone:**

Fru mentum provinciae frumentariae partim, quo gratius esset tum cum in ipsa fame subvenissent, custodiis suis clausum continebant, ut subito novum mitterent (Cic.Pont.11).

**IX. W poniższym zdaniu zamień:**

Sed quaero in ipsa sententia, quoniam princeps ego sum eius atque auctor, quid reprendatur (Cic.Pont.10).

ego	→ nos
sententia	→ iudicium
quoniam	→ cum
reprendere	→ condemnare

.....

**TEST 18C****I. Przetłumacz poniższy tekst na język polski:**

Cum de mea dignitate in templo Iovis Optimi Maximi senatus frequentissimus uno isto dissentiente decrevisset, subito illo ipso die carissimam annonam necopinata vilitas consecuta est. Erant qui deos immortalis – id quod ego sentio – numine suo reditum meum dicerent comprobasse; non nulli autem illam rem ad illam rationem coniecturamque revocabant, qui, quod in meo reditu spes otii et concordiae sita videbatur, in discessu autem cotidianus seditionis timor, iam paene belli depulso metu commutatam annonam esse dicebant; quae quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me, cuius adventu fore vilitatem boni viri dicitabant, annona flagitabatur (Cic.Pont.14-15).

**II. Z poniższego zdania wynika, że... Wybierz właściwą odpowiedź.**

At enim non nulli propter timorem, quod se in senatu tuto non esse arbitrabantur, discesserunt. Non reprehendo, nec quaero fueritne aliquid pertimescendum: puto suo quemque arbitratu timere oportere. Cur ego non timuerim quaeris? quia te illinc abisse constabat. Cur, cum viri boni non nulli putarint tuto se in senatu esse non posse, ego non idem senserim? Cur, cum ego me existimassem tuto omnino in civitate esse non posse, illi remanserunt? An aliis licet, et recte licet, in meo metu sibi nihil timere: mihi uni necesse erit et meam et aliorum vicem pertimescere? (Cic.Pont.8).

1. Cicero arbitratur sibi nihil timent, cum alii timerent, e senatu discedendum fuisse.
2. Cicero arbitratur sibi nihil timent, etiamsi alii timerent, e senatu discedendum non fuisse.
3. Cicero arbitratur sibi timent, cum alii nihil timerent, e senatu discedendum non fuisse.
4. Cicero arbitratur sibi timent, etiamsi alii nihil timerent, e senatu discedendum fuisse.

**III. Ułóż wszelkie możliwe pytania do podanego poniżej zdania:**

Non oportet quicquam uni extra ordinem decerni (Cic.Pont.18).

**IV. Określ formę gramatyczną i funkcję składniową podkreślonych wyrazów:**

1. Sed quoniam ille demens, si ea quae per hos dies ego in senatu de re publica sensi vituperasset, aliquem se aditum ad auris vestras esse habiturum putavit, omittam

ordinem dicendi meum: respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille uti non potest, sed convicio, cuius exercitationem cum intolerabili petulantia tum etiam diuturna impunitate munivit (Cic.Pont.3).

2. (sc.concursus) Qui si verus fuit ex dolore hominum et fame, certe senatus aliquid consilii capere potuit (Cic.Pont.11).
3. Rem maximam fuisse summique periculi nemo negat (Cic.Pont.18).

V. *Przekształć zdanie tak, aby zastosować konstrukcję: 1. genetivus obiectivus, 2. dativus auctoris:*

1. Hunc tu civem templa obsidendo patria cedere coegisti (wg Cic.Pont.5).  
.....
2. Alias caerimonias nos, alios antistites deorum immortalium inquirere oportet (wg Cic.Pont.2).  
.....

VI. *Uzupełnij poniższe zdanie podanymi w nawiasach wyrazami, stawiając je we właściwych formach:*

Quod cum mihi . . . . . /nuntiare/, scito me . . . . . /domus/ mansisse et . . . . . /tu/ et gladiatoribus tuis . . . . . /instaurare/ caedis potestatem non fecisse (Cic.Pont.6).

VII. *Uzupełnij brakujące końcówki:*

Hic tu me etiam, custodem defensoremque Capitol. . . . . templ. . . . . que omni. . . . . , „hostem Capitolinum” appellare ausus es, quod, cum in Capitolio senatum duo consules habe. . . . . , eo venerim? (Cic.Pont.7).

VIII. *Nazwij dokładnie te zdania podrzędne, których słówko wprowadzające zostało podkreślone:*

1. Sed quaero in ipsa sententia, quoniam princeps ego sum eius atque auctor, quid reprendatur (Cic.Pont.10).
2. Ego denique non solum ab operis tuis impulsu tuo nominabar, sed etiam, depulsis ac dissipatis tuis copiis, a populo Romano universo, qui tum in Capitolium convenerat, cum illo die minus valerem, in senatum nominatim vocabar (Cic.Pont.15).

IX. *W poniższym zdaniu zamień:*

At enim liberum senatus iudicium propter metum non fuit (Cic.Pont.10).

senatus	→	consilium
iudicium	→	opinio
propter	→	----
metus	→	timor, patres

.....

**TEST 19A**<sup>19</sup>**I. Przetłumacz zdanie. Które z poniższych zdań zgadza się z treścią tego zdania?**

Sed tamen ego de mea nunc, non de aliorum facultate disputo confiteorque me, si quae premat res vehementius, ita cedere solere ut non modo non abiecto sed ne reiecto quidem scuto fugere videar, sed adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam et pugnae similem fugam; consistere vero in meo praesidio sic, ut non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cessisse videar (Cic.De or.2,294).

1. Antonius confitetur, si quae premat res vehementius, se reiecto vel abiecto scuto fugere, ut hostem fugere neque locum capere videatur.
2. Antonius dicit, si quae premat res vehementius, se neque reiecto neque abiecto scuto fugere, sed consistere in suo praesidio, ne sive fugiendi hostis sive capiendi loci causa cedere videatur.
3. Antonius confitetur se, si quae premat res vehementius, nonnumquam cedere, sed ita, ut non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cessisse videatur.

**II. Wstaw brakujące wyrazy i przetłumacz zdanie:**

Et quoniam, quod saepe iam dixi, tribus rebus homines . . . . . nostram sententiam perducimus, . . . . . docendo . . . . . conciliando . . . . . permovendo, una . . . . . tribus his rebus res . . . . . nobis est ferenda, ut nihil aliud . . . . . docere velle videamur; reliquae duae, sicuti sanguis . . . . . corporibus, sic illae . . . . . perpetuis orationibus fusae esse debebunt (Cic.De or.2,310).

**III. Wstaw brakujące wyrazy, wykorzystując podane w nawiasach wskazówki, i przetłumacz zdanie:**

Quid? Illud quod supra dixi, solere . . . . . /ego/ cedere et, ut planius dicam, fugere ea, quae valde causam meam premerent, cum id non . . . . . /facere/ alii versanturque in hostium . . . . . /castra/ ac sua praesidia dimittunt, mediocriterne . . . . . /causa, pl./ nocent, cum aut . . . . . /adversarius, pl./ adiumenta confirmant aut ea, . . . . . /qui/ sanare nequeunt, exulcerant? (Cic.De or.2,303).

**IV. Uzupełnij zdanie elementem wybranym spośród podanych poniżej. Przetłumacz zdanie.**

(qui, quia, quid, quin, quod)

Non tam ut prosim causis elaborare soleo, quam ut ne quid obsum; non . . . . . enitendum sit in utroque, sed tamen multo est turpius oratori nocuisse videri causae quam non profuisse (Cic.De or.2,295).

<sup>19</sup> TEST 19 – Test przygotowany dla studentów II roku filologii klasycznej w r. akad. 1992/93 na koniec I semestru ćwiczeń łacińskich w związku z lekturą fragmentu drugiej księgi Cyceronowego traktatu „De oratore”.

V. Z rozsypanych zdefiniowanych elementów ułóż zdanie i przetłumacz je:

acc.sing.n. od aliquis,aliquid – autem – abl.pl. od causa – nom. od zaimka osob.1 sing. – inf.praes.act. od facio – acc.pl. od homo – in – gen.sing. od malum – acc.pl.m. od malus,-a,-um – superl. adv. od parvus,-a,-um – superl. od saepe – ind.praes.act.1 sing. od videre (Cic.De or.2,303).

.....

.....

## TEST 19B

I. Przetłumacz zdanie. Które z poniższych zdań zgadza się z treścią tego zdania?

Ut apud Graecos fertur incredibili quadam magnitudine consilii atque ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles; ad quem quidam doctus homo atque in primis eruditus accessisse dicitur eique artem memoriae, quae tum primum proferebatur, pollicitus esse se traditurum; cum ille quaesisset, quidnam illa ars efficere posset, dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset; et ei Themistoclem respondisse gratius sibi illum esse facturum, si se oblivisci quae vellet, quam si meminisse docuisset (Cic.De or.2,299).

1. Themistocles ille Atheniensis incredibili apud Graecos magnitudine ingenii atque consilii habitus artem obliviscendi, quae vellet, ab illo homine docto atque erudito discere noluit.
2. Themistocles homini docto respondit: „Gratius mihi”, inquit, „faceres, si me oblivisci quae velim, quam si meminisse doceres”.
3. Themistocles homini docto respondit: „Gratius tibi”, inquit, „faceres, si me oblivisci quae velim, quam si meminisse doceres”.

II. Wstaw brakujące wyrazy i przetłumacz zdanie:

In ipsis autem argumentis . . . . . quid posueris . . . . . aperte falsum . . . . . ei, quod dixeris dicturusve sis, contrarium . . . . . genere ipso remotum . . . . . usu iudiciorum ac foro, nihil. . . . . noceas? Quid multa? Omnis cura mea solet . . . . . hoc versari semper – dicam enim saepius –, si possim, . . . . . boni efficiam aliquid dicendo; si id minus, ut certe . . . . . quid mali (Cic.De or.2,306).

III. Wstaw brakujące wyrazy, wykorzystując podane w nawiasach wskazówki, i przetłumacz zdanie:

Multa enim occurrunt argumenta, multa . . . . . /qui/ in dicendo profutura videantur; sed eorum partim ita levia sunt, ut contemnenda sint; partim, etiam si quid habent . . . . . /adiumentum/, sunt nonnumquam . . . . . /is modus/, ut insit in iis aliquid . . . . . /vitium/ neque . . . . . /gen.pretii/ sit illud, quod prodesse videatur, ut cum . . . . . /aliqui, malum/ coniungatur (Cic.De or.2,308).

IV. *Uzupełnij zdanie elementem wybranym spośród podanych poniżej. Przetłumacz zdanie.*

(*ne, neve, ni, nisi, si, sine, ut*)

Quam ob rem . . . . . frustra hi tales viri venerint, te aliquando, Crasse, audiamus (Cic.De or.2,364).

V. *Z rozsypanych zdefiniowanych elementów utóó zdanie i przetłumacz je:*

con.perf.2sing. od dicere – enim – comp.adv. od facilis,-e – nom.pl. od homo – nom.pl.m.od imperitus,-a,-um – inf.praes.act. od laudo – ind.praes.act.3pl. od posse – quam – acc.sing.n. od qui,quae,quod – acc.sing.n. od qui,-quae,-quod – inf.praes.act. od reprehendo – posit.adv. od sapiens – posit.adv. od stultus,-a,-um – con.perf.act.2sing. od tacere (Cic.De or.2,301).

.....

.....

## TEST 19C

I. *Przetłumacz zdanie. Które z poniószych zdaó zgadza się z treócią tego zdania?*

Idque memoria teneo, cum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus Crassusque plurimis verbis eloquentiam laudaret tuam, dixisse me cum ceteris tuis laudibus hanc esse vel maximam, quod non solum quod opus esset diceres, sed etiam quod non opus esset non diceres; tum illum mihi respondere memini: cetera in te summe esse laudanda, illud vero improbi esse hominis et perfidiosi, dicere quod alienum esset et noceret ei, pro quo quisque diceret (Cic.De or.2,296).

1. Iulius Antonio dixit se maxima admiratione affici quod ille non solum quod opus esset diceret, sed etiam quod non opus esset diceret.
2. Iulius Antonio dixit se nulla admiratione affici quod ille non solum quod opus esset diceret, sed etiam quod non opus esset non diceret.
3. Iulius Antonio dixit se maxima admiratione affici quod ille non solum quod opus esset diceret, sed etiam quod non opus esset non diceret.

II. *Wstaw brakujące wyrazy i przetłumacz zdanie:*

Quae autem utilia sunt atque firma, . . . . . ea tamen, . . . . . saepe fit, valde multa sunt, ea, quae . . . . . iis . . . . . levissima sunt . . . . . aliis gravioribus consimilia, secerni arbitror oportere atque . . . . . oratione removeri (Cic.De or.2,309).

III. *Wstaw brakujące wyrazy, wykorzystując podane w nawiasach wskazówki, i przetłumacz zdanie:*

Orat reus, . . . . . /urguere/ advocati, ut . . . . . /invehi,1pl./, ut male . . . . . /dicere/, denique ut . . . . . /interrogare/; non moveor, non obtempero,

non satisfacio, neque tamen ullam adsequor laudem; homines enim imperiti facilius quod stulte dixeris reprehendere, quam quod sapienter . . . . . /tacere/ laudare . . . . . /posse/ (Cic.De or.2,301).

**IV.** *Uzupełnij zdanie elementem wybranym spośród podanych poniżej. Przetłumacz zdanie.*

(uterum, uterumque, utrimque, utrum, utrumque)

Tum constituo, quid habeat causa quaeque boni, quid mali. Nulla enim fere potest res in dicendi disceptationem aut controversiam vocari, quae non habeat . . . . . ; sed quantum habeat, id refert (Cic.De or.2,291).

**V.** *Z rozsypanych zdefiniowanych elementów ułóż zdanie i przetłumacz je:*

abl.sing.fem. od communis,-e – de – de – ind.praes.act.1sing. od disputare – nom. zaimka osob.1sing. – et – et – abl.sing.fem. od eximius,-a,-um – non – abl.sing.fem. od praestans – abl.sing. od prudentia – prope – abl.sing.fem. od quidam – sed – sed – abl.sing.fem. od volgaris,-e (Cic.De or.2,299).

.....  
 .....

## TEST 20A<sup>20</sup>

*Przeczytaj uważnie tekst. Poniżej tekstu znajdziesz sześć ponumerowanych, niepełnych zdań. Uzupełnij je zgodnie z treścią tekstu, dopisując do każdego jeden spośród zamieszczonych poniżej 18 wariantów uzupełnień.*

Magna nobis pueris, Quinte frater, si memoria tenes, opinio fuit L. Crassum non plus attingisse doctrinae quam quantum prima illa puerili institutione potuisset, M. autem Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse; erantque multi qui, quamquam nequaquam ita se rem habere arbitrarentur, tamen, quo facilius nos incensos studio discendi a doctrina deterrerent, libenter id quod dixi de illis oratoribus praedicarent, ut si homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti, inanis omnis noster esse labor et stultum in nobis erudiendis patris nostri, optimi ac prudentissimi viri, studium videretur. Quos tum ut pueri refutare domesticis testibus patre et C.Aculeone propinquo nostro et L. Cicerone patruo solebamus, quod de Crasso pater et Aculeo, quocum erat nostra matertera, quem Crassus dilexit ex omnibus plurimum, et patruus, qui cum Antonio in Ciliciam profectus una decesserat, multa nobis de eius studio doctrinae saepe narravit; cumque nos cum consobrinis nostris, Aculeonis filiis, et ea disceremus quae Crasso placerent et ab iis doctoribus quibus ille uteretur erudiremur, etiam illud saepe intelleximus, cum essemus eius domi, quod vel pueri sentire poteramus, illum et Graece sic loqui, nullam ut nosse aliam linguam videretur, et

<sup>20</sup> TEST 20 – Test ułożony na zaliczenie II semestru ćwiczeń łacińskich na II roku filologii klasycznej w r. akad. 1992/93 po lekturze dalszych partii „De oratore”.

doctoribus nostris ea ponere in percontando eaque ipsum omni in sermone tractare, ut nihil esse ei novum, nihil inauditum videretur (Cic.De or. 2, 1-2).

1. Magna Marco et Quinto pueris opinio fuit . . . . .
  2. Erant multi, qui . . . . .
  3. Inanis omnis puerorum labor et stultum patris in pueris erudiendis studium esse videretur, . . . . .
  4. Pueri eos, qui nullam esse doctrinam in L. Crasso profitebantur, refutare solebant, . . . . .
  5. Pueri sentire poterant M. Crassum sic Graece loqui, . . . . .
  6. Pueri, cum domi apud Crassum essent, saepe intellexerunt eum eruditionis plenum esse vel ex eo, . . . . .
- clarissimorum illo tempore oratorum L. Crassum omni in re eruditissimum, M. autem Antonium omnino eruditionis expertem atque ignarum fuisse
  - quamvis L. Crassum et M. Antonium omnis eruditionis expertes esse arbitrarentur, ea de illis oratoribus dicta vehementissime refutarent
  - si homines non eruditi summam prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti essent
  - quod credere non poterant talem virum sine doctrinae studio vivere posse
  - ut omnium gentium linguas nosse videretur
  - quod ipse omni in sermone nihil de rebus novis, nihil de inauditis tractare videretur
  - cum L. Crassum et M. Antonium omnis scientiae ignaros haudquaquam arbitrarentur, idcirco id de illis oratoribus dictum vehementissime refutarent
  - quod veteres suas iniurias ulcisci volebant
  - L. Crassum et M. Antonium, oratores tempore illo celeberrimos, sapientissimos fuisse et post hominum memoriam eruditissimos
  - quod a doctoribus suis nihil novi, nihil inauditi percontari videretur
  - ut nonnisi Graeca lingua omnes loqui viderentur
  - si homines eruditi summam prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti essent
  - L. Crassum et M. Antonium, oratores clarissimos, haud multum attigisse doctrinae
  - quamvis L. Crassum et M. Antonium omnis doctrinae ignaros haudquaquam arbitrarentur, tamen id de illis oratoribus praedicarent
  - ut si nonnisi lingua Graeca loqueretur
  - quod nihil esse ei novum, nihil inauditum videretur
  - si homines non eruditi summam stultitiam ac nonnisi incredibilem loquacitatem consecuti essent
  - cum et patrem et patruum suum et Aculeonem saepe audierint narrantes, quantum studium doctrinae in L. Crasso esset

## TEST 20B

*Przeczytaj uważnie tekst. Poniżej tekstu znajdziesz sześć ponumerowanych, niepełnych zdań. Uzupełnij je zgodnie z treścią tekstu, dopisując do każdego jeden spośród zamieszczonych poniżej 18 wariantów uzupełnień.*

